



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XII. Dotation einer täglichen Messe und einer alle Nacht brennenden Lampe in der Domkirche zu Magdeburg aus dem Testamente des verstorbenen Canonicus Johann von Hordorp mit fünf Mark Stend. Silbers,

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

beteke Rode, Junge godeschalk, Herme Ruthger, Lemme Capup, Herme Witzen, Otto Tempeler, Henninck Varnow, Ruthger sehröder, Andreas knokenhower, Engel schul- ten, Hans kerberge, Tideke domas, Rathmanne Nye vnd alt, Laurence Borchart, Junge Clawes breddin, Tideke störbeke, Hans Cremer, Matthias blove, Heine Verver, gil- demeister der stadt tho Havelberge vnde ander lüde nuch, den wol tho löuende seitt.

Nach einer alten Copie des Ges. Ministerial-Archives.

XII. Dotation einer täglichen Messe und einer alle Nacht brennenden Lampe in der Domkirche zu Magdeburg aus dem Testamente des verstorbenen Canonicus Johann von Hordorp mit fünf Mark Stend. Silbers, welche der Stadtrath zu Havelberg jährlich als Zinsen eines jenem schuldigen Kapitals zu bezahlen hat, vom Jahre 1384.

Nos hermannus de werberghe prepositus et Bartoldus de vrankenforde decanus ecclesie Magdeburgensis, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod honorabilis dominus quondam Bernardus de Schulenburch canonicus Magdeburgensis et Celerarius halbirstadtensis ecclesiarum, Testamentarius quondam domini Johannis de hordorp, dicte ecclesie Magdeburgensis canonici, Executionem ulteriorem eiusdem testamenti nobis commisit exequendam. Verum quod prefatus dominus Johannes de hordorp quinque marcas argenti Stendaliensis suis pecuniis videlicet pro sexaginta quinque marcis a consulibus havelbergenfibus comparavit, Nos volentes, iuxta commissio- nem nobis factam, huiusmodi redditus conuertere in pios usus, de consilio et voluntate capituli nostri ecclesie Magdeburgensis, de predictis redditibus appropriamus et incorporamus tres marcas cum dimidia decanatu ecclesie Magdeburgensis, de quibus decanus pro tempore existens singulis die- bus celebranti missam beate marie virginis in ecclesia Magdeburgensi, quam vicarii eiusdem ecclesie consueuerunt secundum ordinem celebrare, tres denarios debet ministrari, quia bona sunt predicta ad hoc antiquitus deputata. Insuper redditus superfluites de predictis quinque marcis videlicet vnus marce eum dimidia appropriamus et incorporamus vicarie beati Mathei apostoli site inter turrim et magnum hostium in ecclesia Magdeburgensi, de quibus vicarius ipsius vicarie pro tempore existens debet vnam lampadem, prope capellam eiusdem vicarie ardamam, singulis noctibus per totum annum procurare. Hoc salvo si quid eidem decano et vicario supererit, hoc in eorum poterunt conuertere vtilitatem. Pre- terea quod dictis consulibus de havelberghe data est potestas huiusmodi redditus reemendi, vt in ipsorum littera super huiusmodi emptione facta continetur. Si hoc fieret, tunc cum predictis pecuniis sexaginta quinque marcis deberent alii redditus comparari per prepositum, decanum et predictum vica- rium ecclesie Magdeburgensis pro tempore existentes, diuidendos inter decanum et sepefatum vicarium in proportione antefcripta. In horum euidentius testimonium Nos predicti prepositus, decanus et vica- rius Nosque capitulum in signum nostri consensus et voluntatis sigilla nostra presenti littere duximus apponenda, Anno post natiuitatem domini Millesimo tricentesimo octuagesimo quarto, feria sexta post Epiphaniam domini.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.